

AD PATRES ET FRAITRES  
sui ordinis Auctor.

**B**lapso iam triennio optimi pa-  
tres dedimus Typis, conceden-  
te Deo, Sexcentos & eo ampli-  
us Scripturæ sacræ locos, qui  
prima facie inter se pugnare  
videbantur, si quis carnalibus tantum oculis,  
& rationis iudicio eminus aspiceret. Eos autem  
conciliarii bona fide, & quantum potui diligen-  
tissime, iuxta modulum accepti cœlitus. Quod si  
no ubique opere satisfecerim, oem tamen ope-  
ram nauavi, ut saltem rudioribus sacrarum li-  
terarum, & non satis exercitatis lectoribus in-  
dicarem scripturam pugnare minime, sed ubique  
prosus sibi similem consentientem, firmam, mo-  
do ad sit spiritualis & catholicus lector, cum iudi-  
cio legens & discernens vniuersa. Nam si cere-  
monias Iudeorum cu nostris, quibus sub Chri-  
stianismo volentes utimur componere, quid fa-  
ciemus ex scriptura, nisi perpetuum chaos? Di-  
stinguenda enim sunt tempora, habenda ratio po-  
puli, personarum, locorum, deinde separanda est  
figura a figurato, lex ab Euangelio, umbra &  
veritate. Sub lege enim omnia in figura conti-  
gerunt; & lex quoque futurorum est umbra. Mul-